Quelle: https://manuscripta.at/?ID=889
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



quia tunc exhausta coloribus tellus nichil pariat. Libram sep
tembri. ob equalitatem diei et noctis. Scorpionem et sagittarium equi
nis cruribus deformatum. propter fulmina mensium ipsorum october et
nouenber accipiunt. Capricornum decembri. propter capram iouis nu
tricem. cuius extrema pisci similia pinguntur. quod huius mensis ulti
ma sint pluuialia. Aquarium ianuario febram pisces. ob men
ses ymbriferos tradunt. Singulis autem signis. xxx. partes tenen
tur decades deputantur. eo quod sol. xxx. diebus et x. semis horis
illa percurrat. a medio mensis. idem. xv. Kl'darum die semper incipiens.

Lacteus circulus est figura candidior De lacteo circulo. xviii.
per medium celi uticem. quem uulgo dicunt ex splendore solis in
eo currentis ita fulgere. sed frustra. cum ab illo numquam nisi in par
te sagittarii. uel geminorum tangatur. in quibus candidum circulum
signifer cingit. De cursu et magnitudine solis. xix.

Soris ignem dicunt. aqua nutriri. multoque hunc luna
ampliorem. lunam uero terram esse maiorem. Unde et cunctis unius mag
nitudinis apparet. Quod enim nobis quasi cubitalis uidetur nimie
celsitudinis distantia facit. Alioquin maior in dis oriens.
et britannis apparet occidens. Qui dum natura sit igneus. mo
tu quoque nimio calorem adauget. hic cursu uariante. dies et men
ses tempora diuidit et annos aerisque temperiem accendendo. uel re
cedendo. pro temporum ratione dispensat. ne si semper in his dem
moraretur locis alia frigor adsumeret. De natura et situ lune. xx.

Luna non minui. nec crescere dicunt. sed a sole illustratam
a parte quamlibet ad eum paulatim. uel ab eo recedendo. uel ei appin
quando. nobis candida parte reuoluere uel atram. Et die quidem cres
cente supinam. cerni nouam lunam. ut pote superiorem soli. et ad
aquilonia subeuntem. Decrescentem uero erectam et deiectam in
austros. plenam autem. soli semper aduersam. sublimem humili sole.
humileque sublimi. quam lucere dodrantis semuntias horarum
adicientem usque ad plenum orbem detrahentemque in diminutio
nem intra. xiiii. autem partes solis semper occultam esse. Nouissi
mam uero primamque lunam eadem die. uel nocte nullo alio in signo
ariete conspici. Augmentum de cursu lune per signa. xxi.

Luna zodiacum tredecies. in duodecim suis conficit men
sibus. duobus scilicet diebus et vi. horis. et bisse. idem. viii. unciis. unius